

DECISIO CXXI.

R. P. D. VEROSPPIO.

Firmana Primogenituræ.

Mercurii 30. Maii 1657.

SUMMARIUM.

- 1 Dictio, ex, causam immediatam significat. Declara, ut n. 6.
- 2 Verba ad filios restricta, ad alios non extenduntur. De familia, descendendum ex femina alterius familiae non includit, n. 3.
- 4 Descendentium appellatione feminae, & masculi veniunt. Fallit, ut n. 5.
- 7 Descendentes ex feminis familiam patris, & non matris sequuntur. Masculi non dicuntur nepotes ex linea feminina, n. 8.
- 9 Masculinitatis qualitas quando requiratur in ingressu lineæ.
- 10 Voluntas disponentis omnino observanda.
- 11 Paria sunt non eligere, vel contra formam præscriptam eligere.
- 12 Qualitates ab initio expressæ in subsequentibus censentur repetitæ.
- 13 Eligendi facultas ad libitum restringitur ad habentes qualitates requisitas.

Joannes Baptista, ac fratres de Julivecis in instrumento donationis primogenituram sub ea lege instituerant, ut ultimus ex descendibus masculis eorum familiae eandem posset masculo ex femina Julivecia progenito in vim nominationis ad libitum voluntatis attribueret, cum verò Comes Marcus Antonius ultimo loco decedens Julium Cæsarem Moricum vigore prædictæ facultatis elegerit, lis à Bonioanne Vincio donatorum Amitæ filio, nec non à Guidobaldo de Adamis ex Bernardina eorumdem sorore procreato super nullitate nominationis instituta fuit, à qua per appellationem ab iisdem successivè interpositam delata mihi causa dubium hodie proposui, an nominatio debeat sustineri, resolutum à dominis negativè, innixis voluntati donatorum, præcipientium electionem masculi descendens ex femina Juliveciæ familiae. Hinc enim masculorum dumtaxat inclusio ex femina Julivecia immediatam originem trahentium desumitur dictione illa, * ex potissimè perspecta causam immediatam designante, ut advertit Cephal. consil. 330, num. 29, cum seqq. Menoch. consil. 482, num. 1, & respondit Rota in Romana fideicommissi de Victoriis 20 Martii 1651. in §. verum in eadem matrice, & 19 Januarii sequentis anni in §. quæ sanè verba coram Eminentiss. D. meo Card. Othobono, inter ipsius impressas decis. 244. & decis. 271, & in Romana fideicommissi de Griffonibus 10 Maii 1656, in §. quod autem coram Reverendiss. D. meo Decano, nec non verbis in prohibitione detractionum successivè adjectis videlicet, conservetur inter omnes masculos, qui nati sunt aut nascuntur in infinitum ex aliqua femina nata, seu nascenda ex aliquo de familia de Julivecis, quæ ad filios * tantum primi gradus, restricta, ad ultiores non prorogantur, ut not. Alciat. consil. 2, n. 12, lib. 8, Menoch. consil. 328, num. 4, & 5, Hieronym. Leo decis. Valen. 60, num. 44, & 45, lib. 1. neque virtute illius verbi de familia * descendens ex femina alterius familiae includere valent, ut not. Menoch.

consil. 878, nu. 19, & consil. 1220, nu. 27, vers. non obstant nunc rationes, Rota in Bononien. fideicommissi de Barberiis 5 Decembris 1650, coram Eminentiss. D. Card. Corrado, confirmata 19 Februarii coram boi. mem. Bichio.

Hinc verò Julii Cæsaris electio nepotis Isabella progenitæ ex Aurelia, disponentium Amita videtur omnino correre, licet sub descendendum appellatione * tam masculi quam feminæ cujuscumque gradus regulariter contineri consueverint, ut not. Alex. in consil. 160, n. 2, lib. 2. Gozzad. consil. 20, n. 8, Ruin. consil. 92, n. 1, lib. 2, Rota in Bononien. successione 4 Maii 1646. coram bon. mem. Bichio. Hæc siquidem conclusio nullatenus admittitur, * quoties ut in proposito casu, ad masculos certis ex feminis ortos fuerit ab institutoribus habita restrictio, ut consuluit Cephal. consil. 330, n. 30, cum seqq. Decian. consil. 7, n. 46, lib. 1, Rota in Romana fideicommissi de Griffonibus 10 Maii 1656, in fine coram R. D. meo Decano.

Neque contrarium poterit suaderi ex eo; quod verbum illud natos, in remotissimum tempus prolatum, nedum filios, sed etiam nepotes, & pronepotes, sit includere peraptum, licet dictio ex * immediatam causam præ se ferens eidem adjecta fuerit, ut not. Castren. in consil. 164, num. 4, lib. 2, Rot. coram bon. mem. Coccino decis. 493, nu. 4, & 5, & in Interamn. fideicommissi 10 Februarii 1642, in §. nec relevat coram R. reverend. D. meo Decano. Procedere enim posset obiectio in nepotibus, & pronepotibus descendentibus ex masculis, qui dum ex Avi, & proavi corpore quodam modo dicuntur provenire aliqualem eorum substantiam proinde retinent, in quibus terminis loquuntur præcitatae auctoritates, non tamen admittitur quoties nepotes, & pronepotes ex feminis * originem traxerint. Hi quippe de avi, & proavi substantia nullatenus participes esse censentur, dum matris familia posthabita, alteram patris sectantur juxta text. in l. familiae 196. ff. de verb. signific. Menoch. consil. 400, nu. 51, Curt. jun. consil. 108, num. 24, in fine, & num. 25. Quare inter descendentes masculos ex Aurelia primogenitos * Julius Cæsar connumeri non poterit, cum Isabella nepos existat femininæ lineæ Auriciæ juxta text. in l. pronuntiatio §. familiae in fine ff. de verb. signific. Cephal. consil. 664, n. 24, Gratian. discept. forens. cap. 901, n. 22. Peregr. de fideicommiss. art. 26, n. 20, prope fin. m. Rota in Bononien. fideicommissi de Barberiis 5 Decembris 1650, in §. siquid certum est coram Eminentiss. Card. Corrado.

Neque urgere visa fuit obiectio, quod qualitas masculinitatis in ingressu dumtaxat lineæ, non autem in illius ingressu requiratur. Quia cum disponentes * masculos dumtaxat natos ex femina de familia Julivecia nominandi facultatem dederunt, hæc proinde qualitas in ingressu lineæ videtur exquiri, ut responsum fuit in Bononien. fideicommissi de Barberiis 19 Febr. 1652, in §. quapropter coram bon. mem. Bichio. Licet ex hoc intellectu legitimated, nec non adoptivi consanguineis, qualitatibus his desitutis, præferri debeant. Hi enim legitimated, & adoptivi, dum lineis à donatoribus contemplatis penitus extinctis admittuntur, nullum proinde consurgit absurdum, si hac purificata conditione primogenitura ad ipsos, consanguineis omnino posthabitis, ex disponentium voluntate deferatur * quæ debet omnino servari juxta text. in §. disponat. authent. de nupt. Rot. coram Seraph. decis. 1472, n. 1, 19.

n. 1, & in Bononien. fideicommissi de Barberiis 5 Decembris 1650, in §. deinde coram E. D. meo Card. Corrado, & 19 Februarii 1652, in §. quapropter ad coram bon. mem. Bichio.

Et licet contemplata ex statuentium voluntate agnatio per descendentes ex foeminis five propinquiores, five remotiores extiterint, æqualiter conservari consueverit, * quoties masculina linea extincta fuerit, ut responsum fuit in adducta Bononien. fideicommissi 5 Decembris 1650, §. deinde non obstat coram Eminentiss. Dom. meo Card. Corrado. Exinde tamen Julii Cæsaris electio sustineri non valet, cum qualitatibus à donationibus requisitis desituta fuerit, ac nullius proinde roboris reputetur, ut advertit Bald. consil. 473, nu. 2, vol. 2, Surd. consil. 369, nu. 39, Rot. coram Buratt. decis. 744, cum seq. decis. 379, n. 7, p. 5, & dec. 241, n. 20, p. 4 tom. 2. recent.

Non etiam poterit facultas eligendi, ad libitum voluntatis attributa suffragari. In principio enim, nec non in calce donationis ab auctoribus primogenituræ contemplatio filiorum masculorum primi gradus dumtaxat, legitur habita, ad quas proinde qualitates * in qualibet parte instrumenti eosdem respexisse, nec non eas repetivisse censetur, ut advertit Bald. in consil. 284, n. 1, vers. quod enim lib. 4. Dum maximè post adjecta sequentia verba, cum infra scriptis conditionibus, ex quibus superius expressa qualificationem, aut restrictionem assumunt, ut advertit Menoch. consil. 4, n. 24, Surd. consil. 572, num. 19, Rot. decis. 194, n. 47, & 48, part. 5, recent. hæc declaratio subsequitur, quod expressum in uno casu, censetur in altero repetitum, quæ post substitutionem omnes adjecta, ad omnes proinde debet æqualiter referri, ut notat Corn. consil. 43, num. 5, volum. 3, Menoch. consil. 334, num. 8, Rot. in adducta decis. 194, num. 51, part. 5, recent. Ita ut dum concessa ad libitum electio inter plures vocatos, requisitis qualitatibus præditos, * restrictionem assumit, alter ex eis debuerat nominari, ut not. Molin. de primogen. lib. 2, cap. 11, num. 37, & 38, Gutierrez. practicar. quæst. lib. 2, quæst. 67, num. 4, Fontanell. de pact. nupt. tom. 1, claus. 4, gloss. 25, n. 20, cum seqq. Hieron. Leo decis. Valent. 24, n. 17, prope fin. & n. 18, lib. 1.

Ex quibus cum primogenitura non impugnata ex adverso ex donationis instrumento, nullatenus revocata, in favorem descendendum transversalium convincatur instituta, nominationem nullatenus sustineri responsum fuit.

Utraque, &c.

DECISIO CXXII.

R. P. D. CELSO.

Reatina fideicommissorum.

Veneris 8. Junii 1657.

SUMMARIUM.

- 1 Heres gravatus alienans bona fideicommissi scienter, tenetur ad pretii restitutionem, vel reintegrationem. Idem si ignoranter. Veniens ex propria persona revocat alienata per defunctum, nu. 10.
- 2 Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus.
- 3 Legitima, ut prohibeatur cautela.
- 4 Legitima prohibito sustinetur, si filii approbent.

- 5 Detractio aliqua non permittitur contra formam acceptationis testamenti.
- 6 Identitas bonorum ex divisione probatur.
- 7 Confessio defuncti præjudicat hæredi.
- 8 Via executiva competit ex obligatione Camerali.
- 9 Productio per compulsam integra facta sufficit repeti in parte ad causam faciente.

Cum Pompejus de Vecchiarellis gravatus fideicommissi tam Bartholomæi Avi, quam Vincentii patris plura alienaverit bona eisdem fideicommissis supposita. Dubitavi an, & pro qua rata pro illorum reintegracione esset relaxandum mandatum, & DD. pro nunc sine præjudicio majoris summæ relaxandum esse censuerunt in scutis septem millibus ducentis viginti quatuor, & bai. 57 ÷ quia pro eadem summa constat ipsum alienasse bona consentientia in corporibus viginti octo, ut latius habetur in folio particulari exhibito in Rota, & per instrumenta publica, aliaque jura in actis producta in omnibus justificato, cum expressione, & specificatione temporum notariorum, nec non personarum, quibus fuerunt vendita. De jure enim hæres gravatus, qui alienat bona fideicommissaria tenetur ad pretii restitutionem, * & reintegrationem fideicommissi, sive scienter, sive ignoranter alienatio sequuta fuerit, prout in primo casu, quando alienavit scienter est text. in l. quidam 25, §. fin. ff. ad Senat. Consult. Trebell. & tradit Cagnol. in l. qui dolo n. 1, ff. de regul. juris, Paris. consil. 5, n. 26, lib. 2, Menoch. de adipiscen. remed. 1, n. 65, Peregr. de fideicommiss. art. 45, n. 15, ubi ait esse in facultate fideicommissi agere pro restitutione pretii, vel pro recuperacione Bonorum alienatorum, quod repetit art. 46, n. 26, Et in secundo casu quando ignoranter, l. final. §. ultimo, ibique Bart. Castren. & alii. ff. de legat. secundo, Joseph. Ludovic. commun. opin. conclus. 14, illat. 91, vers. declara secundo, Petr. de fideicommiss. quæst. 3, n. 37, Fufar. qui plures cumulat de substitut. quæst. 556, n. 22, & quæst. 558, n. 1, & 2, & de communi testatur Alex. consil. 3, n. 3, lib. 3, Burfat. consil. 13, n. 75, lib. 1, Gabr. consil. 44, n. 9, & 22, lib. 2, Mascard. de probat. concl. 779, n. 3, Craff. §. fideicommissum quæst. 56, n. 4, Ofasch. dec. Pedem. 73, n. 1, & seqq. Et de utroque Cyriac. alios referens contrav. 5, n. 22, & seqq. & firmavit Rota coram Merlino dec. 831, n. 1, & 2, & dec. 844, cod. n. 1, & in Bonon. successione 4 Maii 1646, coram bon. mem. Bichio, & 18 Martii 1652, coram me.

Et frustra opponitur alienationes prædictas deberi imputari in legitimam, & Trebellianicam, nam Bartholomæus Testator prohibuit expressè illarum detractionem, justitque hæredibus approbationem hujusmodi dispositionis, quam postea reiteravit Vincentius per relationem ad testamentum prædictum. Certum est autem Trebellianicam * prohiberi posse etiam filiis primi gradus juxta opinionem Rotæ, à qua non esse recedendum propter illius auctoritatem firmat Marzar. de fideic. q. 49, Marefc. var. resol. lib. 1, cap. 100, n. 10, Molin. de primog. lib. 1, c. 17, n. 12, & seqq. & firmatum fuit coram sanct. mem. Greg. decis. 421, n. 10, ibique Adden. n. 16, in Casenaten. bonor. 27 Martii 1648, coram bon. mem. Peutingerio in Rom. fideic. 8 Junii ejusdem anni coram bon. mem. Arguelles. & coram E. Card. Othobono decis. 36, n. 3.

Legitima verò prohibita fuit cum solita cautela, quod recusantibus hæredibus testamentum, & prohibitionem acceptare, * censentur instituti

stituti in sola legitima quam cautelam tradit Soccin. jun. *conf. 122, nu. 8, & seqq. lib. 1, Dec. consil. 687, n. 2, & approbat Rota dec. 206, num. 4, decif. 479, n. 8, & decif. 653, n. 13, p. 1, recent. coram Merlino decif. 642, n. 5, & in Fanen. bonorum 19 Junii 1648, coram bon. mem. Arguelles.*

Cumque postea Pompejus una cum aliis fratribus per instrumentum publicum de anno 1602. & 1608. promiserit adimplere omnia in dictis testamentis contenta, & quod tota hæreditas integre conservaretur in familia usque ad minimum quadrantem supponendo iisdem fideicommissis legitimam, nec non prælegata, ac omnia, & singula bona, cessat penitus prætenso hujusmodi: * quia concurrunt non solum acceptatio, & approbatio generalis testamenti, & oneris in illo iuncti cum clausulis amplissimis, quam sufficere firmavit Rota in Romana fideicommissi de Ceulis 26 Novembris 1639, & 16 Maii 1642, coram Reverendiss. Compostellano, cum aliis per adden. ad sanct. mem. Gregor. decif. 489, n. 27, vers. & ut filius, & per Grat. cap. 983, n. 3, & seqq. Sed etiam specifica, & individualis respectu ipsius legitimæ, ut disponit text. in l. si quando 35, §. & generaliter C. de inofficioso testamento, & voluit Rota decif. 342, n. 9, p. 5, rec. & coram Eminentiss. Othobono. decif. 100, n. 5, & per totam, & decif. 110, n. 1.

Non obstat quod de tempore acceptationis fecerat nempe de anno 1602. Pompejus esset minor, nam ultra quod acceptatio erat utilis, & necessaria eidem Pompejo ad effectum consequendi pinguem hæreditatem, & apparet facta coram iudice, adhuc cessat difficultas, quia factus major de anno 1608. testamentum avitum, & paternum de novo approbavit, & acceptavit supponendo illis legitimam, nec non prælegata, * & adeo ut detractio hujusmodi nullo modo prætendi possit contra formam prædictæ acceptationis ad text. in l. unica C. si major factus rat. hab. Rot. coram sanct. mem. Greg. decif. 186, nu. 4, & in terminis dixit Rota d. dec. 110, per totam, & præsertim n. 16, coram E. Card. Othob.

De identitate verò honorum alienatorum nullo modo dubitari potest: quia illa colligitur ex combinatione * cum bonis contentis in instrumento divisionis factæ à Pompejo, & fratribus, ut dixit Rota decif. 88, n. 12, p. 7, recent. & coram Merlino. decif. 548, num. 17, cum aliis pluribus in Fanen. bonorum 19 Junii 1648, coram bon. mem. Arguelles.

Et cum idem Pompejus in dicta divisione de anno 1615. factus fuerit non solum bona divisa esse supposita prædictis fideicommissis, sed etiam alia empti post patris obitum in dicta divisione descripta, tanquam acquisita ex pecuniis hæreditariis talis confessio, * & declaratio sicuti præjudicat ipsi Pompejo, ut notat Manzar. de fideicommissi. q. 58, Peregr. eodem tract. art. 44, n. 5, Rota coram Merlino. decif. 262, n. 1, & decif. 294, in princ. ita etiam probat contra hæredes, & habentes ab eo causam ad text. in l. cum à matre, C. de rei vendic. Rota coram Buratt. decif. 229, n. 10, & seqq. & in Romana fideicommissi 8 Junii 1648, & in d. Fanen. bonorum 19 Junii ejusdem anni coram bon. mem. Arguelles.

Minus dubitari potest quod pro illorum reintegratione competat via executiva, * & mandatum relaxari valeat, nam stante obligatione Camerali res transit sine difficultate, Cephal. consil. 439, n. 16, Thefaur. decif. 26, n. 12, Rot. in rec. decif. 258, n. 1, p. 6, & in Romana domorum de Incoronatis 18 Martii 1650, coram R. D. meo Decano; Et cum

per commissionem particularem fuerint mihi communicatæ facultates A. C. eodem modo potest Rota executivè procedere sicuti procederet idem A. C. Rota decif. 415, sub n. 10, part. 1, recent. Buratt. decif. 752, in fine, & fuit dictum in Esina Pecuniaria 17 Febr. 1648, coram bon. mem. Peuting.

Quod intrumenta divisionum, & alia jura fuerint mutilatè in Rota producta, nullo modo subsistit in facto, nam instrumenta sunt integra, & per compulsum in actis exhibita quamvis ad effugiendum expensas, & tollendam prolixitatem fuerit repetita illa tantum pars, * quæ facit ad causam, prout fieri posse tradit Vestr. in prax. lib. 7, cap. 1, de produc. jur. n. 6, & admittit Rota d. decif. 139, n. 6, & seq. p. 4, tom. 2, rec. & decif. 304, nu. 21, part. 5, & coram sanct. mem. Gregor. decif. 432, nu. 7, cum aliis per Add. ad eundem decif. 238, n. 15, vers. limitatur secundò.

Quod R. P. D. Odoardus de Vecchiarellis R. C. A. Generalis Auditor, nec non illius fratres hodie agentes sint etiam pro medietate hæredes beneficiati Pompeii, & sic pro dicta rata debeant concurrere ad reintegranda fideicommissa ab eisdem non controvertitur; Et cum veniant ex persona propria independenter à dicto Pompejo uti vocati * ad eadem fideicommissa possunt instare pro reintegratione, non obstante quod alienatio facta fuerit pro ipsum Pompejum Nat. conf. 470, n. 13, Rot. divers. decif. dec. 110, per tot. p. 2, & coram Merlino. decif. 716, n. 12, & coram E. Othobono decif. 180, n. 12, & seqq. & decif. 270, d. n. 11.

Unde cum fideicommissa sint litteralia, & jam per sententiam Rotalem Canonizata coram R. P. D. meo Verosipio ad favorem eorumdem responderunt DD. pro mandati relaxatione contra bona hæreditaria Pompeii utraque parte informante.

DECISIO CXXIII.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana devolutionis Palatii.

Lunæ 18. Junii 1657.

SUMMARIUM.

- 1 Bona Ecclesiæ concessa in locationem perpetuam transeunt in extraneos, & n. 11.
- 2 Conjecturæ faciunt rem ab Ecclesia concessam transire in extraneos.
- 3 Clausula ad habendum latissime extensam facit concessionem rei Ecclesiæ transitoriam ad extraneos.
- 4 Licentia alienandi per viam contractus facit rem Ecclesiæ in extraneos transitoriam, & n. 11, etiam extraneis censetur concessa, n. 13.
- 5 Locatio, & non emphyteusis dicitur, quando sic à partibus nominatur. Censetur, quando Canon respondet fructibus, n. 6.
- 7 Domini translatio denotat contractum locationis, & non emphyteusis.
- 8 Pactum francandi efficit locationem non emphyteusim.
- 9 Pensionis solutio distributa in duos terminos efficit locationem, non emphyteusim.
- 10 Emphyteusis recepta pro hæredibus, & successoribus non comprehendit, nisi hæredes sanguinis.
- 12 Prohibitio alienationis subsequens non tollit præcedentem facultatem alienandi; sed alienatio fieri debet domini assensu adhibito.

14 Bene

44 Beneplacitum in concessione rei Ecclesiæ requiritur ex lapsu centum annorum: cum observantia præsumitur, n. 15.

16 Historicis deferendum, & fides præstanda.

17 Constitutio Urbana beneplaciti præsumptionem tollit, sed declara, ut n. 18.

19 Centenaria in calculanda anni vite concedentis non attenduntur. Declara, ut n. 20.

21 Observantia debet esse certa & non æquivoca unius concessionis animum possidentis: Declara, ut n. 23.

22 Possidere uno, vel alio modo ab animo pendet.

Post mortem B. Marii de Frangipanis sine filiis Capitulo & Canonicis S. Marci manutentionem, seu reintegrationem ad positionem Palatii positi in Platea Conehe S. Marci petentibus, denegandum esse, me proponente, D. D. censuerunt ex eo quod concessio hujusmodi domus usque de anno 1539. facta Antonio Frangipanio, ac Curtio, & Mario ejus filiis tanquam in locationem perpetuam, non autem in emphyteusim erat transitoria ad hæredes extraneos, & sic ad Cora. Franciscum Frangipanium de Croatia juxta defuncti voluntatem pervenire potuit, ut de bonis & ab Ecclesia receptis tradunt Ruin. consil. 161, nu. 21, & seqq. lib. 1. Cravet. conf. 764, nu. 4, vers. Riman. jun. conf. 461, num. 27, & seq. Rot. à Vall. conf. 96, n. 24, lib. 1. Mant. de tacit. l. 22, tit. 19, n. 27. Rota coram Buratto dec. 334, n. 4. Bononien. Prædii de Nascentoriis 16. Novembris 1643. §. ulterius D. D. coram Reverendissimo Terracinen. & in Romana domus 19. Junii 1645. §. nec obstat coram Eminentissimo Card. Othobono. Quod in præsentem casu certius procedit, ubi non desunt conjecturæ comprehensionem extraneorum suadentes, ut post Cephal. tradit Mant. de tacit. d. lib. 22, tit. 19, sub nu. 21, in fin. vers. sed tamen Altograd. conf. 22, n. 6, vers. & maxime quando lib. 1. Rota dec. 381, n. 6, & seq. par. 5, rec. nempe clausula ad habendum non cæterata, sed cum facultate disponendi ad libitum extensa, & ut in proposito ponderat Mant. ubi supra lib. 22, tit. 19, num. 25, sequitur Altograd. d. consil. 22, sub nu. 6, vers. At in hoc casu Caval. dict. decif. 293, nu. 1, vers. que omnia Buratt. dec. 87, num. 2, & per tot. Rota in dicta Bonon. Prædii de Nascentoriis 23 Martii 1640, & 6 Novembris 1643. coram Reverendissimo Terracinen. §. quod autem in præsentem in fin. clausula, ac de ea faciendum, & disponendum ad libitum voluntatis, quæ æquipollet clausulæ, & quibus dederit, & operatur, ut emphyteusis sit transitoria ad extraneos Osasch. dec. 161, num. 1. Curt. jun. conf. 4, num. 1, vers. sed quoniam Becc. conf. 88, num. 20, vers. 2, & seqq. Rolan. conf. 64, nu. 11, & 13, vol. 4. Calder. de jur. emphyt. lib. 2, qu. 1, num. 14, & quæst. 33, num. 30, & seq. Marefcott. cap. 1, nu. 1, lib. 3. Rota post Giovagn. conf. 24, n. 68, lib. 2, & dict. dec. 494, lib. 3, part. 2, dec. 548, num. 8, part. 4, tom. 3, recent. & coram Merlino dec. 860, num. 5. Pactum francandi, & expressa facultas donandi, & alienandi, quia licentia & alienandi per viam contractus ostendit Dominum extraneos non abhorruisse & omnem in proposito removet difficultatem Dec. conf. 171, n. 2. Curt. jun. dict. conf. 4, n. 3. Rota coram Buratto dict. dec. 87, nu. 12, & consideratum fuit in dict. dec. 294, num. 6, part. 1, recent.

Concessionem verò hanc non fuisse emphyteusim, sed veram locationem & perpetuam visum est D. D. probari, sive ex eo quod nunquam emphyteusis, sed semper Instrumento à partibus

Decisiones ad Tract. de Alim.

bus locatio fuit appellata, & talis præsumitur contractus, qualis denominatur à contractibus l. qui fundum 40. §. fundi ff. de contrab. empt. in addit. ad specul. in tit. de locat. in princ. Cravet. conf. 20, num. 4. Surd. conf. 366, num. 6, & decif. 326, num. 8. Rot. coram Card. Seraph. dec. 212, num. 1, & dec. 735, num. 5, part. 4, rec. tom. 3. & quæ potior conjectura est pensio & Scut. 55. Canonicis promissa correspondebat fructibus domus, ut ponderat Aret. conf. 5, nu. 4, in fin. Nevill. conf. 92, nu. 12, & per tot. Grat. consil. 128, num. 8, lib. 2. Rolan. consil. 96, num. 43, & seq. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis quæst. 1, n. 5, vers. si verò præstatur plenissime Rota coram Buratt. dec. 234, n. 1, & seqq. decif. 14, nu. 11, dec. 110, nu. 16, part. 6, rec. & in d. Bonon. Prædii de Nascentoriis 16 Novembris 1643. & §. & ulterius D. D. vers. quia annua quantitas coram Reverendissimo Terracinen. & utramque conjecturam & visa est admittere etiam Rota in Romana domus 22. Aprilis 1644. §. & prædicta procedere coram bon. me. Card. Cocchino confirmata 16 Martii 1646. coram Eminentissimo D. Card. Othobono inter ejus impress. dec. 62, num. 27.

Sive etiam ex quo facta fuit omnium virium translatio à Capitulo in D. D. de Frangipanis, ut in sum. Corn. Francisci num. 1. ibi etiam similiter D. D. Canonici, & Capitulum locarunt, & titulo locationis in perpetuum dederunt, cesserunt omnia jura, omnesque actiones reales, personales, civiles, directas, tacitas & expressas, hypothecarias, pignoratitias, sive mixtas, & in rem scriptas, quæ & quas d. d. Canonici, &c. nullo jure, nullaque actione quomodolibet de cætero reservatis, &c. ex hujusmodi enim tam ampla virium cessione constat factam fuisse locationem & non verò concessionem in emphyteusim, in qua Domino concedenti jus aliquod, & dominium directum reservari necessarium est, ut tradit Mant. de tacit. lib. 22, tit. 3, num. 9, Menoch. præsumpt. 106, nu. 10, lib. 3. Thomat. dec. Macerat. 60, num. 40, Vellach. de jur. emphyt. quæst. 32, num. 27, & 33, Rot. coram Merlino dec. 586, num. 5, & 6, & in Mediolan. pratensæ devolutionis 11 Febr. 1650. sub §. nec prætendi potest coram R. P. D. meo Melio, sive demum quia adsunt pacta & conventiones naturam locationis, non emphyteusis importantes; promissio nempe de evictione suscipiendi in se litem, faciendi consentire omnes personas & pactum francandi, ad quæ omnia Canonici teneri voluerunt, quæque regulariter non solent concessionem in emphyteusim, sed locationibus tantum & perpetuis alienationibus convenire & ut de pacto francandi Cephal. conf. 703, & n. 17, & seqq. Rota coram Comitulo dec. 94, num. 6, & seq. & distributa pensionis solutio in duabus paginis in principio cujuslibet semestris, eo modo, quo affectus solvi solent, ostendit pariter contractum locationis, non emphyteusis, in qua canonicis solutio semel in anno fieri solet, ut in terminis Buratt. d. dec. 334, sub nu. 7, quod etiam convenit.

Neque applicantur decisiones pro parte Canonicorum allegatæ, in quibus firmatum fuit in emphyteusim pro hæredibus, & successoribus in perpetuum recepta, solos hæredes sanguinis, non autem extraneos contineri, quando non adest dictio quibuscumque, ut signanter responsum fuit in Cajetana bonorum 3 Decembris 1646, §. Justitia, & 10 Junii 1648, §. Proinde coram Reverendissimo D. meo Cerro, Romana devolutionis domus 4 Decembris 1651, in princ. & §. contrarium tamen